

Cum peccatorum confessione acquiratur omnino celestis donum.

186. Iai 5.

Vbi est confessio ibi vita, & salus.

D. Basil.

387.

Gen 4. Septuag.

1. Reg. 1.

Vmbra confessionis liberat a maledictione.

D. August.

dona sive corporalia, sive spiritualia; quo ergo pretio, quod non sit ipsius Dei hoc aurum ignitum comparandum est nobis; Nam facile dici potest, hoc acquisitum est non ex tuis, sed ex meis denariis, Quae autem nostra sunt, nonne peccata? Illis ergo emendum est hoc aurum prout inspirante Dei auxilio in confessione aperientur: hac ergo confessione comparatur aurum ignitum gratiae, charitatis, ac omnium caelestium donorum.

Ante divinum solium stat Iaias, & in se reversus clamat cap. 6. n. 5. *Va mihi, quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum, & in medio populi pollutus labia habentis, & habito.* Et post haec verba statim volavit ad eum unus Seraphim, & cum calculo ignito de altari terigit labia eius, dicens: *Ecce tetigi hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur.* Propheta testatur se habere immunda labia, & hoc similiter de populo affirmavit: mitti ut Angelus ad Prophe. a labia expurganda? & cur non mittitur etiam, ut populi labia expurgeret; cum Prophe. a labia, ac populi aequè dicantur immunda; Cur ergo mundities labiorum solum Prophe. a conceditur, & non populo; Prophe. a suam immunditiam confitebatur gemens, *Va mihi quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum.* Populus autem nec verbum facit de immunditia sua; idem iste despiciatur & relinquitur in malis suis, qui nec agnoscit, nec confitetur peccatum. Prophe. a autem, ut suam immunditiam animi compunctone confessus est, à Deo sic extollitur, ut vitam, ac gratiam accipiat. D. Basilus ibidem. *Prophe. a indulta est gratia indulgentia, perque unum è Seraphim labiorum expurgatio; populo autem nihil simile concessum est. Neque enim consimilis affectus tangebatur utrosque, prophe. a, & populum; illius cor quidem compunctum proprium agnovit peccatum, quare & dixit, O me miserum, quia compunctus sum. Illorum autem cor incrassatum erat ad id, ut ne eorum, quae inique gesserat, ullam in se reciperet considerationem.*

Impio Caino ait Deus: *Nunc igitur maledictus eris super terram, qua aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui.* Genes. 4. numero 10 Graeci iuxta Septuaginta sic verba legunt: *Maledictus tu à terra, qua aperuit os suum.* In sanctissimi Abelis morte maledicuntur fratribus Cain à terra, non verò ipsa terra maledicuntur: in Saulis autem morte ipsa montium terra maledictioni subicitur à Davide 2. Reg. 1. num. 21. *Monte Gelboe, nec ros nec pluvia veniant super vos.* Si ergo in Saulis morte montium terra maledicuntur, cur similiter in Abelis morte eadem maledictione non percutitur terra; forsitan inferior fuit Abelis caedes, quam Saulis; Minime: pro defensione terrae in morte Abel, rationem indicat textus, *qua aperuit os suum.* Non sicut terra in morte Abelis, sed aperuit os suum, & clamavit facinus perpetratum, & idè ipsa apertione oris, ac clamore in umbram, & figuram confessionis peccatorum, ipsam Divinam iram, ac maledictionem declinavit. Ad hoc respicit D. Augustinus lib. 12. contra Faustum cap. 11. *Ubi expendit scel citatem peccata contentium. Non dixit, ait, maledicta terra; sed maledictus tu à terra, qua aperuit os suum: maledictus est enim populus Iudaicus infidelis terra, id est, ab Ecclesia qua aperuit os suum in confessione peccatorum, accipere sanguinem Christi qui effusus est in remissionem, &c. Illa siquidem Ecclesia à maledictione se eripit, & evolat ad vitam, qua aperuit os suum peccata sua confessa, de Iesu sanguine salutis poculum accepit.*

delis terra, id est, ab Ecclesia qua aperuit os suum in confessione peccatorum, accipere sanguinem Christi qui effusus est in remissionem, &c. Illa siquidem Ecclesia à maledictione se eripit, & evolat ad vitam, qua aperuit os suum peccata sua confessa, de Iesu sanguine salutis poculum accepit.

QUESTIO XLIV.

Quidnam sit hoc aurum ignitum, & probatum? & quid significet, quod tantis commendatur ad emendum?

Multis suadet Dominus, & consultat huic Episcopo, à se emere aurum ignitum & probatum, & quomodo hoc potest coherere cum his, quae dominus suis dicebat discipulis: *Nolite possidere aurum, neque argentum,* Math. 12. num. 9. Quomodo ergo tantis promissis exhortatur Episcopum ad emendum aurum? Imprimis aurum hic non sumitur pro ipso auro materiali, sed pro eius significato. Deinde aurum flante mundi aura, tanquam pestifero aere inquinatum, exitiale: at è manu domini, ex quo omne bonum exhalatur, saluiferum cum omni virtutis odore. Aretas: *Si vis locuples fieri, veras à me divitias emito, qui manentibus divitiis locuple tare novi.*

Et hoc aurum ignitum ad emendum proponit dominus spe lucri, ut locuples fiat. Cognovit hic mercator, nempe Christus D. animos mortalium maxime intuitu lucri ac propriae utilitatis allici, ac moveri. D. Bernard. citat. superiori quæst. *De locuples fieri; si emis de ista mercatura, tu efficietis immediate dives.* Tota quæstio est, quid hic per aurum ignitum, & probatum intelligatur?

Primo multi per aurum ignitum, & probatum intelligunt sapientiam, non Philosophorum, sed veram, & iustorum, quae est sicut *ibisaurus desiderabilis in ore sapientis,* ut dicitur Proverb. 21. num. 20. quod valde diversimodè explicatur. Prind. D. Gregor. 4. Moral. 35.

Quia sicut auro temporalia, ait, ita sapientia bona aeterna mercantur. Secundò, hoc aurum non dicitur quodcumque aurum, sed ignitum: quia sapientia mentes eorum, in quibus habitat, incendit, & inflamat in amore Dei, & proximi Ita Ambros. Andreas Casariens. Primas. & Rupertus, qui sic ait: *Em a me aurum sapientia, ignitum ex charitate, probatum ex fide, per charitatem operant.* Unde dicitur Psalm. 18. num. 140. *Ignitum eloquium tuum vehementer.* Tertio, Lyranus Aurum ignitum, quia vera sapientia debet esse plena igne charitatis, ut ejus flamma noxios jactantiae flatus extinguat, & removet. Ait Paulus 1. Corinth. 8. numero 1. *Scientia inflat, charitas verò edificat.* Scientia inflat, parit prophanorum contemptum; charitas edificat, quia pro eorum salute est sollicita, ut eos edificent, & plantet in fide. D. Augustinus serm. 53. de verbis domini Scientia, ait, *si sola sit, inflat: quibus verò charitas edificat, non perimitur scientiam inflari.*

Ubi

388.

Math. 11

Divitia è mundo nociva, è manu Dei frugifera.

Aretas.

389.

Intuitu lucri homines moventur.

D. Greg.

Vera sapientia inflamat mentem.

D. Ambros. And. Casariens. Rupertus.

Lyran.

Scientia sine charitate nociva.

D. August.

391. Richard de S. Laurent

Threnor: Fides sine charitate aurum obsecurum, cum illa aurum fulgens.

392. Ticon.

Sap. 3.

Iusti tantum aurum probantur in martyrio.

393. Alb. Magn.

Cant. 3.

Haymo.

D. Cyprian. Menoch.

D. Bonav.

Christus in Eucharistia non dicitur immortalitate.

Ubi ergo inflat, ibi charitas non edificat, ubi autem edificat, ibi inflat, solida est.

Secundò, Richardus à S. Laurentio lib. 11. de laudibus Mariæ, tit. Christus est inflator sic ait, *Hoc aurum nempe fides, debet esse ignitum per charitatem, probatum per tribulationem; & hoc aurum emittit pretio desiderii, & bonorum operum ex reatu.* Hoc aurum è fides; juxta illud Threnor. 4. n. 1. *Quomodo obsecratum est aurum.* Tunc fides obsecratur, quando est sine vera charitate, quando verò cum illa, tunc ignita, fulgens, & nitens; fides sine charitate, ac operibus aurum obsecratur, cum charitate ac operibus aurum resplendens & fulgens.

Tertio, Ticonius ait. *Consummatio do, ut emas aurum ignitum, ut locuples fiat, id est à Deo accipias intellectum; ut per bonam conversationem merearis martyrium.* Praefatus Auctor per hoc aurum intelligit Martyrium, juxta illud Sap. 3. num. 6. *Tanquam aurum in fornace probavit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos.* Sicut aurum purissimum igne probatur, & expurgatur, ut omnem mixturam inferioris metalli à se abiciat, & excludat, quod optime quadrat sanctis Martyribus, qui in igne tribulationum sic probantur, ac expurgantur, ut omnis conditio terreni affectus ab eis eliminetur, ut tanquam puri spiritus inveniantur, & sicut aurum ad lapidem lydium probatur: sic in martyrio iusti ad lapidem vivum Christum fideles probantur in omni virtute, & sanctitate.

Quartò, Albertus Magnus sic ait: *Suadeo tibi, id est, ad tuam utilitatem emere. Hoc dicit contra illos, qui pro nihilo volunt habere aurum ignitum, id est, regnum caelorum.* Per hoc aurum ignitum, & probatum per omnem tribulationem intelligit sapientissimus Doctor regnum caelorum juxta illud Cantic. 3. numer. 9. *Perculum fecit sibi rex Salomon: reclinatum aurum: ferculum aureum est beatitudo, in qua iusti in aeternum requiescunt in unione, ac charitate e dei.*

Quintò, multi per hoc aurum intelligunt Christum d. Interlineal. *Suadeo tibi emere a me aurum, id est, me ipsum ignitum in igne postum ignitum.* Quod diversimodè explicatur: Haymo intelligit Christum Passionis igne inflammatum, quem emimus, dum cum in tamac, ejus vestigia sequimur in mansuetudine, patientiâ, & charitate. Alii, ut dixi tom. 4 in Evangel. lib. 7. cap. 8. quæst. 30. num. 202. interpretantur sacram Eucharistiam: nam Christus in hoc divino sacramento aurum est, quod maxime dicitur, & locuple atur anima nostra. Deinde Cyprianus, Menoch. explicant istud Cantic. 3. num. 11. *Caput ejus aurum optimum: quod de Christo est dictum: ut planum est apud omnes: sic ait, Sponsus ignitum, & naturam auri refert. Aurum nullis visibus deturitur, nam si hodie Christum in tuos usus transferas, & cras, perinde semper tibi manet.* Quod optime convenit Eucharistiae: *Sumit unus, sumunt mille, quantum isti tantum ille, nec sumptus consumitur.* Dicitur hoc aurum ignitum. Quia sacra Eucharistia a torpore excludit, & maxime animam in dei amore incendit, & inflamat, ut statim dicam: Dicitur probatum; quia maxime probatum est in the-

Solventia in Apoc. sim. Tom I.

sauro divinae charitatis, in eo ostendit Christus divitias sui amoris; & qui hoc divino pabulo reficitur, induitur stola alba immortalitatis; pro quo vide supra cap. 6. quæst. 23. num. 176. & quæst. 51. num. 409. 390. 391. & collyrio ungit, oculos suos, ut habeat intelligentiam, & cognitionem omnium divinarum mysteriorum. Vide cap. 2. q. 48. n. 371. & q. 32. num. 394.

Sacra Eucharistia ignis est inflammans, & accendens humana corda in Dei amorem; pro quo elegantissime dixit D. Bonav. opuscul de Sacramento de hac divina Eucharistia, *Mel in ore, & ignis in corde, & non sentis calorem nec gulas dulcedinem, sicut ignis est.* Quid elegantius? D. Chrysolom. de sanct. Phyllog. apud Lyppon. 20. Decembr. *An nescit quia quod hac mensa plena est igne spirituali? nam quemadmodum aqua vi exundant: ita hac flammam habet arcanam.*

Dum sacerdos in Canone Missae celebrat, & sacra mysteria corporis, ac sanguinis Christi conficit, sic similiter deprecatur. *Supra quae opinio ac sereno vultu respicere digneris, & accepta habere, sicut accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel.* Cur quando agitur de acceptance hujus admirabilis sacrificii potius sit mentio de sacrificio Abel, quàm aliorum, quorum sacrificia multis signis, ac promissionibus datis inveniuntur accepta Deo, ut sacrificium Noè, cujus odore Dominus odoratus promisit, *Nequaquam ultra maledicam terram.* Genes. 8. num. 21. Vel ut sacrificium Abra-

hae, in cujus signum dicitur ei Gen. 22. n. 18. *Benedicentur in semine tuo omnes gentes.* Vel ut sacrificium Salomonis, quod tantis promissionibus de stabilitate regni est remuneratum 3. Reg. 9. numero 2. Cur ergo solum de sacrificio Abel sit mentio? Cum Abel offerret suum sacrificium Deo, dicitur Gen. 4. num. 5. *Respexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus.* Theodol. legit *Inflammati Dominus super Abel, & super sacrificium ejus.* In hoc declaratur sacrificium Abel fuisse Deo acceptum, cum ignis descendens de caelo non solum inflammavit ipsum sacrificium, sed etiam ipsum Abel in amore, ac obsequio Dei: sacrificium altaris, quando digne ac convenienti dispositione, ac preparatione celebratur, ignis spiritus sancti descendens super ipsum sacrificium super Christum immolatum, ac ipsum sacerdotem celebrantem, & altantes flagrare, ac ardere facit in suo amore, ac obsequio ut ex quo ait D. Ephrem in natali Domini. *Ignis immortalis sunt mysteria Christi.*

D. Ephr.

QUESTIO XLV.

Circa aurum ignitum, & probatum ponitur sexta, & genuina interpretatio de charitate.

Extò, Communis & genuina sententia est Divi Brunonis Alstensis, Ansberti, Bedæ, Richardi, Hugonis, Bruno, ac Recentiorum, Viegas, Cornelli, & aliorum

395.

Bonav.

396.

Gen. 7. Gen. 22.

3. Reg. 9.

Gen. 4. Theodol.

D. Ephr.

397. Bruno.

aliorum qui omnes per aurum ignitum, & probatum intelligunt veram, & solidam charitatem, defecetam, & puram ab omni icoria, ac vitio hypocrisis, & mundana cupiditate.

398. Charitas verum aurum.

Dan. 10 399.

Aurum, ut est valde commune, ob suas conditiones charitatem significat, ut late probavi supra cap. 1. quæst. 51. nam aurum supereminet omne metallum, igne non extinguitur, sed pura fit; nec ulu consumitur, ac atteritur; sic charitas supereminet omnes virtutes, igne tribulationum non consumitur, sed purior redditur, cessantibus reliquis virtutibus ipsa permanet unde aurum purum dicitur charitatis in patria. Daniel. 10 n. 6.

Hoc autem charitatis aurum dicitur ignitum; quia charitas proprietates ignis habet, & inde ignis dicitur: primò ob puritatem ignis non admittit mixturam alterius. Secundò ob subtilitatem, per quam ignis omnia pervadit, ad omnèsque se extendit. Tertio ob motum sursum, & celeritatem, qua se in altum atollit, & ad divina protenditur. Quarto ob efficaciam quæ operatur, & qua omnia in se convertit, & transfert. Sic dicitur 1. Corinth. 13 n. 4. Charitas patiens est, benigna est. Quintò ignis sine materia deficit, ita charitas sine operibus. Unde dicitur 1. Peter. 3, numer. 2. In manibus eius ignea lex. Quia lex charitatis elabi, & consistere non potest in manibus. Sextò ignis semper novas flammæ, novæque scintillas ex se emittit; sic vera charitas in hoc fervore se debet renovare, & tanquam novas flammæ producere: In hoc sensu explicat D Bernard. cit. superiori quæst. cap. 2. artic. 2. illud Christi D. Luc. 12. numer. 49. Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut ardeat? Ut semper novo fervore iterum renovetur, sicut charitas illius dilecta anima, ad quam dicitur Psal 102. n. 5. Renovabitur ut aquila juvenis tua. Septimò ignis lucidissimus est quem imitatur charitas, lucem præbens omnibus operibus, & actibus vitæ humanæ.

Ps. 102.

400. D. Laur. Just

Si verè Deus diligitur, etiam & proximus.

D. Laurentius Justinianus lib. de casto nubio Verbi & animæ, cap. 21. commentans hæc Apocalyp. verba sic ait: Suadeo emere aurum ignitum, & probatum; charitas enim, nisi sit ignita, & probata, sua caret perfectione, habeat utique necesse est, & intus ignem divini amoris, & ardorem fraternæ dilectionis, nec sufficit, ut diligat Deum sine proximo, vel amet proximum sine Deo, utque sibi coherent, nec ab invicem disjungi debent. Hoc excellentissimum aurum divinæ charitatis debet esse ignitum, & probatur: quia charitas intus in corde debet habere ignem, & flammam divini amoris, qua tota est succensa, & inflammata; & hæc flamma debet probari, manifestari, ac declarari ardore fraternæ dilectionis, quo proximorum salutem affectat, & desiderat, unus amor cum altero connexus est.

401.

Hinc præfata verba sic eleganter explicat D. Ambrosius in præfati: Consulo, ut emas à me aurum igno probatum; hic est zelus Dei, hic est fidei vapor, devotiois fervor, qui nos velut spirituales cibum in Christo remolit, & efformat. Hoc aurum perfectissimum charitatis visitur in zelo animarum; vocatur ab Ambrosio fidei vapor, nam sicut calidus sol excitat vapores

e terra, qui postea in imbres resolvuntur, quibus terra irrigatur, sic ignitus zelus animarum excitat in nobis vapores, qui in imbres cælestis doctrinæ resolvuntur, quibus humana peccata irrigantur. Et additur sicut ionis fervor. Devotio in Deum fervet in peccatore animarum zelo; velut spirituales cibum Christo remolit, & efformat. Et ipsas animas conversas tanquam spirituales cibum remolit, & efformat ad sui alimentum, ac sustentationem.

Zelus animarum quærit eorum salutem.

Anima sancta vehementi affectu quærebat suum dilectum; ad ipso invento ait, Teni eum, nec dimittam Cantic. 3. num. 4. absolute ait, nec dimittam. Ita se univit; & adglutinavit cum eo, ut nullo casu, nulloque pacto ab eo se permittat separari. Aliter Jacob, cum per totam noctem luctaretur cum Deo, & adveniente aurora ei diceret Dominus, quod eum dimitteret: respondit Jacob; non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Gen. 32. num. 26. Jacob in compositionem venit, ut Dominus ab eo recedat data benedictione, Anima verò sancta nullam admittit, sed absolute ait; nec dimittam. Jacob quamvis vir justus ac sanctus, oculos tamen coniecit in benedictionem, ac in bona ad illam consequentia, quibus adeptis non renuebat. ut Dominus à se abiret: At anima sancta, cum maxime esset repleta divino amore; vulnerasti cor meum; nihil aliud habebat in mente, nisi tantum Deum, nec benedictionem, nec quodcumque aliud volebat, ac appetebat nisi tantum Deum, & ipsi quæque Deum omnia eius desideria ferebantur. D Bernard. serm. 29. in Cantic. Sponsa non vult, ait, sponsum dimittere, & foris magis, quam Patriarcha id non vult, quia nec pro benedictione quidem, siquidem ille benedictione accepta dimisit eum; hæc autem non sic, Nolo, inquit, benedictionem tuam, sed te.

402.

Cant. 3.

Gn. 32.

D. Bernard.

Quod magis facit in rem nostram id, quod ipsa anima sancta statim subdit: donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Si anima sancta tam vehementer Deum diligebat & solum ipsum Deum quærebat, cur in domum matris suæ disponit introducere illum, & non in propriam domum suam; nam ipsa domum sibi peculiarem habebat, ut bene notat Gileri, & patet ex cap. 5. numero 6. Pessulum ostii mei aperui. Domus propria peculiaris ei tantum erat; at verò domus matris communis erat ipsi, fratribus, & sodalibus: vide perfectionem, ac celsitudinem divini amoris. Anima sancta sic solum Deum diligebat, sic solum Deum quærebat; ut non tantum sibi velit, sed etiam omnibus, & ideo introducit in domum matris suæ omnibus communem, ut omnes ipsum teneant, cognoscant, ament, ac adorent.

403.

Cant. 3.

Qui verè diligit Deum, proximum salutem quærit.

Ghiler. Cantic.

Tanto affectu charitatis fertur in aliorum salutem, ut eos tanquam spirituales cibum remolat, & efformet in Christo, ut ait D Ambrosius, quod maxime competit Prælati ac Pasto-ribus, ut erat hic Episcopus Laodicensis.

404.

In Pastore multa sit charitas erga oves.

Cum meus Jesus penderet in cruce circa ultimam vitæ periodum dixit, sicut, Joan. 19. num. 29. quod ut patet ex Matth. 27 num. 45, 46 hora sexta erat, at Petrus, in Actibus Apostolorum 10. num. 9. Ascendit superiora, & circa horam sextam, cum esuriret, voluit gustare: Eadem meridiana

405.

Joan. 19. Matth. 27.

Act. 10.

meridiana hora Christus sicut, & petrus esurit. Si Christus desiderat aquam, cur Petrus eodem desiderio non tangitur? & si Petrus fame premittitur, cur eandem Christus non sustinet; sed unius sicut vexatur, alter verò fame? Et crescit dubium; quia sicut Christi hominum salutem sicutire demonstrabat, ut communiter docent sancti Patres; & fames Petri Gentium conversionem esurire designabat & ideo immedia è aperto celo, ostensum est lintheum, in quo erant omnia quadrupedia, & serpentes terre, & volatilia cæli; & facta est vox ad eum: Surge Petre, occide, & manduca. Quo significabatur adventus Cornelii, ac aliorum Gentilium ad fidem recipiendam. Si ergo significatum est idem, cur eodem meridiano tempore Dominus sicut, vicarius esurit? Alimento charitatis sumitur per analogiam ad alimentum naturale, constat ex comestione, ac bibitione; & affectus huiusmodi alimenti explicatur per sitim, & famem sic & alimenta charitatis constat ex salute animarum, ut testatur Christus in Historia amaritanæ Ioan. 4. n. 32. Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Desiderium, ac affectus huius alimenti explicatur per sitim, & famem. Dominus ergo meridiano tempore sicut, vicarius eadem hora esurit, ut notat de Chrysostr. ad citatum locum Actorum. Videt aut, quomodo spiritus connectit tempore, & neque citius, neque tardius fecit hoc: Volens Dei providentia Petri, charitatem honorare, ordinat, quod eadem hora alimenti naturalis, Christus sicut nostram salutem: nam alimentum illius sanctissimæ animæ salus, erat humani generis; & eadem hora Petrus famem patitur, quæ erat alius affectus, & compar sociæ sitis: videtur enim, quod in his affectibus externis charitatis ac desiderii salutis nostræ Petrus, veluti compar, aliqualem societatem inibat cum Christo, tanquam si in uno, & altero alimentum esset salutis animarum, ac suarum ovium. Christus cum sicut salutis animarum Sicut; Petrus cum altero affectu; ac compare ejusdem salutis, Cum esuriret, Christus sicut sicut sicut salutis hominum, Sicut; Petrus famescens, cum esuriret. Et nota, quod Christus non esurit, sed sicut; nam juxta medicos, & Philosophos appetitus sitis efficacior, ac vehementior est, & in Christo omnia semper fuerunt superiora ac eminentiora, tamen Petrus patitur, ac sustinet alterum affectum & comparam, ac socium sitis prout est famem: ut hoc sit magnum cunctis Ecclesiæ Prælati documentum, quod eminenti modo debeant esse participes illius supremæ charitatis, quantum possibile, ac fas est debent illam imitari, ac societatem Christo præstare. Christus sicut; Vicarius esurit.

Ioan. 4.

Excelsus Petri charitas.

D. Chryf.

Pyælati charitatem Christi imitatur, tanquam compar.

QUESTIO XLVI.

Quare emens aurum ignitum, dicitur vestiens non una veste sed multiplici?

Præter dicitur, quod Episcopus iste emat aurum ignitum, & tunc subjungitur, quod vestiens non una veste sed multiplici. Sylveira in Apocalypsim. Tom. I.

A charitate producit alia virtutes.

aurum ignito significata prior est, & ab ipsa charitate omnis virtus, ac bona operatio procedit.

Dicitur ergo huic Episcopo; Vestimentis albis induaris, id est, virtutibus, ac operibus sanctis, juxta illud Pauli ad Colossens. 3. numero 12. Induite vos sicut electi Dei, sancti & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, patientiam, &c. Ex quo insurgit difficultas: cur non dicitur, ut vestimento albo induaris, sed vestimentis albis; cur non una vestis, sed multiplex requiritur, cum ad nudam cooperiendam valde sufficiens esset una vestis, ad quid ergo tot requiruntur vestimenta?

407.

Coloss. 3.

Respondet primò D Bernard. Senesf. tom. 2. feria 4. post dominicam Palmarum, artic. 3. D. Bernard. cap. 3. Vestimenta quidem, ait, non tantum ipsum corpus externat; verum etiam calorem naturalem in humano corpore fovent: sic etiam vita iusta hominem in honestate ornat; & calorem dicitur vestis non solum ornat corpus, sed etiam fovet calorem naturalem illius; vita spiritualis consistit in calore, ac igne charitatis: calor ergo, ac fervor charitatis sustentandus, ac fovendus est bonis; ac sanctis operibus, his enim calor animæ supernaturalis nutritur, ac custoditur.

408.

D. Bernard.

Bonis operibus fovetur: ac sustinetur vestis.

Respondet secundò; quod ad integram, ac perfectam sanctitatem viri iusti, ac consummati, non sufficit una virtus, sed multæ, ac omnes requiruntur, ex quibus integra sanctitas componitur, ac intexitur: & cum unaquæque vestis significet unam virtutem, ideo in hoc Episcopo multæ vestes, id est, multæ virtutes exoptantur. de sanctissima sponsa à supremo, ac summo Rege accepta in suum consortium decantat Regius Vates. Psal 44. num 10. Assitit Regina à dextris suis, in vestitu deaurato, circumdata varietate; id est, non cum uno lapide pretioso tantum intexto, sed cum omni lapide, ita ut nulla gemma desit huic ornameto. D. Amad. homil. 2. Non solum, ait, vestitu deaurato, & sinitris aureis desoratur, sed & omni lapide pretioso cooperitur. Nulla enim gemma, huic desit operimento.

409.

Perfecta sanctitas non ex una virtute, sed ex omnibus constat.

Psal. 44.

D. Amad.

Narrans Ioseph suum somnium fratribus dicebat: Putabam nos ligare manipulos in agro, & quasi consurgere manipulum meum, & stare. Genes. 37. num 7. Aliter verò Pharaoni in sombis ostenditur, quod septem spica pullulabant in culmo uno. Genes. 41. num. 5. Ioseph, totus manipulus suus apparet plenus, & perfectus confluit ad adorandum; at verò Pharaoni non totus culmus, ac manipulus ostenditur plenus, sed tantum paucissimæ spicæ, nempe septem, ostenduntur. Et cur Pharaoni tam paucæ spicæ proponuntur, Iosepho autem integer manipulus, cum omnibus necessariis ad sui plenitudinem exurgit: quia non Pharaoni sed Ioseph ostendebatur vera, & integra sanctitatis corona, ac plenitudo, quæ non ex una, vel alia virtute, sed ex plurimis, seu ex omnibus textur ac conflatur. D. Ernodius in Partheni loquens de fide, ait: Nobilia sicut nisi multiplicibus pratorum non componuntur spoliis; ex variis gemmis una diadematis solet constare formatio.

440.

Genes. 37.

Gen. 41.

Plenitudo sanctitatis ex omnibus virtutibus textur.

D. Ernod.